

visibile. Tertio ponit multas auctoritates in quibus habetur
 quod panis et vinum per virtutem ubi dicitur transsubstantiat
 in verum corpus christi et sanguinem quod totus christus integer sub
 utraque specie existit. Et tamen in speciali.

¶ Sequitur distinctio .xj.

Sicut queritur qualis. Postquam magister egit de sa-
 cramento eucharistie quantum ad suum esse. Hic ve-
 ro determinat de eo quantum ad eius fieri. Et ita
 facit. Primo ei ostendit quod substantia panis et vini in ve-
 rum corpus christi transsubstantiat. Secundo quod ipsum sub a-
 liena specie occultatum fidelibus sub utraque specie mini-
 stratur. Tertio quod discipulis in cena christi corpus passibi-
 le et mortale dabatur. Primum usque ibi. Sub alia autem spe-
 cie. Secundum usque ibi. Corpus vero tale dedit. Ter-
 tium usque ad finem distinctio. In speciali sententia ma-
 stat in tribus propositibus quarum prima est hec. Conversio panis
 in corpus christi non est formalis sed quibusdam videtur esse sub-
 stantialis. Hanc magister insinuans querit qualis sit ista con-
 versio panis et vini in corpus christi. videlicet scilicet sit conversio sub-
 stantialis vel formalis vel alterius modi. Et dicit quod
 non est formalis eo quod species que prius erant permanent.
 scilicet sapor. pondus. figura. albedo. Dicit autem postea quod quibus-
 dam videtur quod sit conversio secundum substantiam vel substan-
 tialis. eo quod substantia panis et vini essentialiter sit sub-
 stantia corporis et sanguinis christi. Postea ponit circa hoc
 quorundam obiectores. si enim sic intelligatur conversio tunc
 quotidie aliqua substantia sit corpus christi et sanguis qui ante
 non fuerat et sic quotidie corpus christi augetur et de mate-
 ria aliqua formatur. de qua in precepto non fuerit factum.
 Et dicit magister sic ad hoc responderi posse quod confectio cor-
 poris christi non sit secundum novam corporis formationem. aut per

S. mj.